


3
3

SYNODVS
DIOE CESANA:
AB ANTONIO RICCIVLLO,
ARCHIEPISCOPO CONSENTINO
CELEBRATA.

Anno Domini 1642.



NEAPOLI. Typis Camilli Caualli 1642.
SVPERIORVM PERMISSV.

IN NOMINE
DOMINI.
Amen,
ET INDIVIDVAE
TRINITATIS
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti
amen.

Nos Antonius Ricciullus Miseratione
Divina Archiepiscopus Contentinus,
ad Dei Omnipotentis, & Beatae Mariae
temper Virginis, ac Sancti Michaelis
Archangeli, & Sancti Francisci de
Paula Patronorum nostrorum laudé.
Hæc pro Cleri, Populique Fidei no-
stræ concreti reformatio[n]e, & in
Christianæ disciplina progressu, præ-
fenti nostra Diæcesana Synodo prima decernimus, statui-
mus, atque fæcimus. *ad finem ait hoc:
principia in synode be confirmari:*
de anno 1592.

A 2 DE:

DECRETA IN SYNODO DIOCESANA CONSENTINA

Habita in Ecclesia Metropolitana
Anno 1642. die 25. Maij.

*De Fidei Professione..
Cap. I. .*



IA Sanctorum PP. docuit antiquitas, & catholicæ Ecclesiæ usus obtinuit, vt in Synodalibus constitutionibus ordinandis orthodoxæ fidei professio initium faceret, vt quæ totius spiritualis edificij est fundamentum ipso facto felicius virtutum structura confurgat. Quare iuxta S.C. Trident. decreta, & fel. record. Pij IV. constitutionem eam fieri, volumus ab omnibus, qui huic Synodo quacunque ratione intersunt. Præstabunt etiam & ij, quibus beneficia curata conferuntur. Similiter Canonici, & dignitates infra bimestre à die adeptæ possessionis corā Nobis, vel Vicario nostro, & Capitulo ad præscriptum Decreti S. Concil. Trid. alioquin fructus non faciant suds, eosque à nemine, præterquam à Summo Pontifice condonari posse denunciamus. Si mulque qui quomodocunque, aut vbi cunque libetales art. su disciplinas, vel scientias docuerint, etiam si sint prima rudimenta Grammaticæ; Concionatores, causarum Patroni, & Procuratores in causis sanctæ fidei.

De

Acta Sanctorum
De Santiis Ecclesie, & eorumque cultu,
& veneratione.

Cap. II.

CVM domum Dei deceat sanctitudo, & in pace sit locus eius, omni ratione congruit pacificum esse cultum. Hortamur igitur omnes, & monemus in Domino, ut singularum pacificus sit ingressus, humili& deuotus, omnes orationibus insistant, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum flexo veroque genu adorent. Ad tremendum Iesu Christi nomen humiliter & inclinent, & dum Sacrosancta Missarum mysteria celebrantur, & diuinæ cantantur laudes, Verbum Dei annuntiatur, nemini liceat in eis spatiösè deambulare, Cachinnos, & ritus facere, nec etiam negotia secularia tractare.

Mulieres cadauerà mortuorum comitantes non admittantur in Ecclesiam deturpatæ; nec minus eiulare eis liceat, & si forsitan introductæ fuerint, vel eiularint, vel manu faciem deturparint, vel capillos euellerint arceantur ab ipsa Ecclesia, etiam si post aliquos dies tumulati cadaueris ea commiserint. Nenias ue dicant, seu vt vulgo dicitur, reputent, aut post amotum à domo cadauer faciem vnguibus lacerant pro morte suorum, & in Ecclesia clamore lamentent sub pena excommunicationis.

Mandamus etiam sub pena suspensionis incurrendam Rectoribus, Curatis, & alijs, ad quos spectant, vt in exequijs Defunctorum cadauer à domo non amoueant, si ibi Nenias dictas esse, seu reputatum esse, aut faciem vnguibus laceratam esse compererint, & cadauer insepultum remaneat, donec aliter à Nobis fuerit prouisum.

Mendici importunas eleemosynas querentes ad fores tantum Ecclesiarum permittantur. Nemini que ad ipsas de nocte pateat aditus, nisi Clericis dumtaxat ad eorum munia peragenda, vel necessitate cogente, præterquam in nocte Sanctissimæ Nativitatis Domini; sed fores omnino vectibus, & claviibus sint occlusæ, vt ab omni malorum cursu sine immunes.

Nec in eis colloquia publica haberi, vel aliquid doceri, præter sacras litteras possit. Insuper vt mundæ custodiatur & si

6
& si aliquò casó, vel vetustate collapse, etiam in minimo, restaurentur expensis eorum, ad quos de iure, vel consuetudine spectabat.

Tectum ad pluviām arcendam, omnino clausum, & integrum sit. Pavimentum concinnum, & æquale, nullaque de causa deformatum, etiam pro tumulandis cadaveribus.

Altaria sint lapidea, vel lateritia, ita apta, & concinnata, ut commode in eis Missæ sacrificium celebrari valeat, nec minus septem palmorum longitudinis. Habeant insuper iconas decentes, quæ si erunt collocandæ, non antè licet, quam à Nobis, vel Vicario nostro fuerint approbatæ. Tabuleas, Tabellas, aliasque sacras vestes ad præscriptum Missalis Romani Rubricarum, quas ad alios profanos usus minimè volumus posse accommodati.

A Choro dum Missa celebratur, vel diuinę cantantur laudes, laici cuiuscunque conditionis arceantur, nec eos Parochi permittant permanere sub poenis nostro arbitrio declarandis. Clericis vero, & Presbyteris, sub poenis arbitrio mandamus, ut ibi eo tempore sine superpelliceo permanere non possint.

De Vita, & honestate Clericorum. Cap. III.

Cum Clerici in sortem Domini vocati dicantur, & digni facti sint, Altissimo famulari, congruit, ut omnis eorum vita, cultus, & modestia reluceat omnibus, & tamquam Mysteriorum Dei Ministri, Diuinarumque gratiarū Dispensatores, ceterisque omnibus in virtutibus necessariis percurrent videatur.

Prohibemus igitur in ipsorum vestitu exquisitum cultū, & elegantiā, non autem sive abiecta nimis, & affectata negligētia, vel fordes.

Vestes præterquam nigri coloris omnino interdicimus.

Cammisæ, sive ad collum, sive ad manus crispæ, aut rugosæ, aut turritæ, aut ceruleo colore siccatae procul sunt ab eis, & contra facientes penā arbitrio incurvant. Anuli usum nisi quibus ex aliquo gradu honoris, & dignitatis conceduntur,

7
tur, etiam prohibemus: quem etiam in Missa volumus deponi.

Vestes quibus domi vtuntur omnis prorsus color, tum etiam species, & forma, quæ à clericali modestia videantur aliena, inhibemus, nec ille quibus foris vtuntur, sint fibulæ, sed omnino simplices, minimeque vti permittimus cinctorijs ferratis; Nec valeat ipsas vestes incinctas, seu incisæ deferre, sed sint continuæ, & cinctorum simplex, vel sericum, vel ex quacunque alia materia, dummodo præ se ferat honestatem. Nec sine ipsis vestibus liceat clerico alicui incedere quocunque prætextu, etiam itineris faciendi, in quo ueste viatoria vti posse concedimus, usque ad genua tamen. In contrafactores vero ita volumus animaduerti, ut præter amissionem vestium, quæ capientium erunt, incidat etiam in penam pro qualibet vice ducatorum quinque. Si in ea ueste deprehendantur.

Similiter fœmoralia non turgida. Pileos, seu cappellos, vt vocant, in Ecclesia nolumus aportari. Si autem ad euitandum aeris iniuriam deferantur, vel ad arcendam pluuiam, turbiculata non sint, neque laicali forma, sed honesta, & rotunda, vt Clericos decet.

Tonsuram item iuxta cuiuscunq[ue] status ordinem volumus deferri, quæ honestati, & dignitati, & statui ipsorum ritè conueniat.

Comam longam non nutrient, capillosque calamistratos, seu cincinnos, aut in frontis portio prominente non deferrant. Barbam religiosè componant. Pilos autem, qui supra labia sunt (vulgo mostacci) ita abrasos habeant, ut in sumptione Sanctiss. Eucharistie illam nullo modo attingere possint.

Tabbellionatus, & Mercaturæ artem non exerceant, negotijs secularibus non se immisceant. Nec coram Iudicibus secularibus negotia tractent: nec aliorum sint negotiorum gestores, sive curarores, nec aliena prædia curandi causa non ducant. Nec venationes, aliasq[ue] turpes artes exerceant; nec prophani spectaculis interficiant.

Personati, debaccantesque per Ciuitatem non incedant. Comedias, & Theatros fugiant; chordeas deuident, taxillos, tesseras, pagellatumque lufus à Sac. Canon. prohibitos deuident sub pena ducatorum decem pro singulis.

Arma

Arma cuiuscunq; generis offensua prohibemus deferri, etiam clam, præcipue pugiones, tormenta manualia, siue sint magna, quæ vulgo scoppette vocantur, siue parua, quæ scoppettulos, seu archibuggetos appellamus. Volumus autem ut qui prædicta non obseruauerit; & archibuggettum deferens captus fuerit, si fuerit ignobilis pena annorū quinque tritemium; si fuerit nobilis, in carcere detrudatur per idem tempus, ferentibus vero pugionem, aut stilettum, penam ducatorum centum imponimus. De alijs armis penam ducatorum vigintiquinque, in quam non incurvant ferentes ensem in itinere, vel per loca periculosa transentes. Domi autem retinere permittimus arma omnia, præter archiboggettum, pugionem, & pistolam, ad clericorum defensionem.

Cum Sacrorum Canonum, & Conciliariorum decretis, illos tantum in fortē Domini cooptare dignum sit, quibus propria virtutum merita suffragantur, omnes, & singuli, qui pro susceptione ordinum Maiorum, siue Minorum, siue etiam primæ clericalis tonsuræ litteras commendatias, siue cōmendationes, oretenus fieri procurent apud Nos, vel nostrum Vicarium, vel examinatores Synodales; siue hoc faciant, vt ad confessiones audiendas licentiam obtinent penam inhabilitatis ad ordines suscipiendos per annum incurvant.

Ad obuiandum violentijs, quas fieri compērimus, prohibemus, ne Clerici possint fideiubere pro Vniuersitatibus, aut laicis; & fideiussiones, quas in futurum fieri contingerit sint nullæ ipso iure, nec Clericos afficiant; etiam si sint factæ penes acta nostræ Archiepiscopalis Curia, & sub obligatione Camerali; obligatio autem censeatur fideiussoria, eo ipso quo probatur pecuniam cessisse in utilitatem laicorum.

Clerici, qui semel clericatu renunciarunt ad resumendum habitum amplius non admittantur, nisi causa cognita, & prævio decreto Curia nostræ & resumptio aliter facta, sit nulla ipso iure, nullosque pareat effectus.

Sacerdotes, & Clerici omnes, bis saktim in mease simul conueniant in conferentijs casuum conscientie, & sacrati Ceremoniarum sub pena quinque carolenorum pro qualibet vice. Idem intersit, diebus Dominicis, & festiis Missæ cantandæ sub eadem pena.

In qua^{cunq}ue Parochia diebus festiuis ante Solis ortum celebretur vna Missa pro commoditate Viatorum, ceteraz verò celebrentur post Missam maiorem, nisi aliter Parochio videatur.

De horis Canonicis, & Choro.
Cap. IV.

DIuina officia statutis horis, quas pro temporum qualitate volumus à Cantore prescribi, & signis sufficienter datis per eos, ad quos spectat, absoluuntur iuxta schedulam, quæ per eundem Cantorem fuerit confecta in Choro Romano ritu, in quibus Canonici, & dignitates interesse ceneantur, nendum ad prescriptam huius Ecclesiæ nostræ constitutiones, quas ad verbum volumus obseruari, sed etiam tempore, quo nos pastoralis officij nostri causa celebratur erimus, vel alia spiritualia munera peracturi. Nec à Choro quis discedere audeat, nisi præcibus omnino absolutis, vel aliqua urgenti necessitate, vel pietate suadente à Vicario nostro generali, vel Præfecto Chori approbanda, quæ exit semper prima Dignitas, vel qui primam vocem habebit in Capitulo, vel primus Hebdomadarius, cuius potestas erit, præter ea, quæ Cantori, vel Subcantori ratione graduum, quos obtinent, & cunctos in disciplina retinere, & animaduertere in eos, quos in his defecisse deprehenderint, vel amisisse fructus pro qualitate lapsus unius, vel alterius diei, vel hebdomadæ, aut si casus maioris considerationis acciderit, ulterius procedendum, etiam per expulsione^m à Choro, quos viderint delinquentes maiorem correctionem, & penam subituros, re cum Vicario nostro communicata, prout iustitia suadebit, Vicarius noster animaduertet.

Hora non incipiatur, si elapsa ad minus media hora, & fine dati signi, quo facilius omnes qui illarum pensum solvere tenentur ad Ecclesiam possint conuenire, qui super pellico debito induti prius in Sacristia, & quadrato capitulo, & Canonicus cum insignibus canonicalibus unusquisque suo loco se deat, nisi legitime impeditus, munus suum exerceat, quod etiam in celebrandis Missis Conventualibus v-

B lumen

Iamus obseruari, & omnia clare, & distinctè recitentur, & nil confusum, vel cursum, sed cum deuotione, & silentio fiat.

Mutuas etiam collocutiones, quæ in Choro dum omnipotenti Deo laudes dicuntur, & irreuertere sicut habentur, omnino volumus auferri.

Scripturas, & litteras item omnes denique simul debitiss ceremonijs vtantur, stent, sedeant, etiā aperto capite, iuxta Magistri Ceremoniarum, & Sacrorum Rituum rationes. Tabaccum in Choro non sumant. Qui secus fecerint, illius diei fructus suos non faciant.

Demum illud ante oculos habere, & mente voluere studiant, dum Chorum ad p. fallendum ingrediuntur, se ipsos locum orationis, & sacrificii accedere. Proinde mente considerent, quid agant, ne oculos Dei, cuncta videntis, offendant.

Qui Psalmus *Venite exultemus* in Matutinis, vltimo *Kyrie* in Missa, & primo Psalmo in Vesperis, nondum aduenerit, absens loco habeatur, illiusque horæ distributione careat. Quam etiam poenam incurant, si in unoquoq; mandatorum defecerint.

De Dignitatibus, & Canonicis.

Cap. V.

Dignitates in Ecclesia Dei sunt institutæ, ut Episcopos sua opera iuarent, cæterosque verbo, & exemplo ad meliorem vitam prouocent. Decet ita à moribus, & virtutæ sanctitate prælucere cæteris, vt omni bus benè agendi, & recte viuendi norma esse possint. Quapropter tantum ad Nos gradus assumendi, qui talis munera merito valeat partes implere. Qui vero iam reperiuntur assumpti, ita mores suos, ac viuendi rationem inservient, vt merito ab omnibus præstantiores cæteris dignitate censeantur, quippe quieorum virtute, qua cæteris antecellunt, talem honorem sint affecti, crebro apud se usurpantes illud pium judicium: sive misericordia fiet his, qui præfune.

Capitula sicut per vota secreta, & quilibet votum suum teneatur in vnam miscere propria manu, nec quisquam possit alteri votum suum credere, neque delegare, alias Capitulum nullum sit.

Con-

Confirmari in officio nemo posse, his per vota societatis, ut supra danda, ac redditis prius computatis, & satisfactis significatorijs. Et confirmatio aliter facta sit ipso iure nulla, nec confirmato tribuat ministrandi facultatem.

Pecunia, quæ soluuntur Camerarijs pro legatis, aut af-
francationibus, seruentur in Arca Capitulari, donec im-
plicantur.

Capitulo non licet distributiones quotidianas remitte-
re absentibus, nisi pro Ecclesæ utilitate, vel necessitate.

De Cantore, & Subcantore.

Cap. VI.

Cantoris erit officium incumbere, ut traditæ, Chori leges ab omnibus exacte seruentur, illudque præcipue, vt diuinæ laudes piè, distinctè, & decenter recitentur, & vnuquisque suo refideat loco; & si quādo alij Ecclesiastici Viri deuotionis causa aduenerint, charitatiuè suscipere, locosque vniuersaliter assignari, quæ omnia, cum absens fuerit, præstabit is, qui Choro præsidebit.

Subcantor vero, seu Magister Chori, inhababit, & eius erunt partes, ut celebrioribus anni festis, pia cuique munia in diuinis laudibus canendis assignabit, iuxta schedulam, quam prius cum Cantore confecerit, sedebitque è regione Cantoris inter Canonicos, & Canonicus erit, habitu ratione suæ promotionis: sic minus primus Presbyterorum, polleatque cantu plano, saltem quo etiam pollere volumus hebdomadarium inter sex menses; alioquin fructus non faciant suos. Et qui deinceps ad huiusmodi munia erunt assumendi, non assumantur; nisi predicta facultate decorati, ut decenter valeant eius manera, prout decet, adimplere.

De Punctatoribus,

Cap. VII.

Punctatores, sive à Nobis, sive à Capitulo elegantur, non prius quisquam munus exerceat suum, nisi iurecurante do se alteriuskerit coram Decano, vel prima dignitate, qua-

ad officium suum spectat fidei litter ex exercituum finis ad minus
in sacris constituti. Utique suos libros separatis conficiant,
qui singuli quatuor mensibus depuratis à Capitulo pro di-
videndis distributis, qui simul conferant, vel si in ali-
quid discrepauerint consilio Vicario nostro statuatur quid
statendum sine aliqua forma iudicij. Quod si aliqui pec-
cauerint, præter peccati penam etiam tantum de suo resti-
tuendo, ut Ecclesiæ sua fabricæ damnum reparent. Si quæ
controversæ oriuntur inter Canonicos, & Puntaores, tam
de absentia, quam de puntandi ratione, Ius erit Presidenti
Chori, iphis auditis statuere, quod statuendum videbi-
tur, Quod si ea ratione controversia non terminetur, Vi-
carius erit consulendus, qui sive forma iudicij rem totam
decernat.

De festorum dierum sanctificatione.

Cap. VIII.

Festi dies, quos ad Deum propitiandum Christi fideli-
bus Sacrosancta decreuit Ecclesia humana ac diabolica
malitia factum est, vt ad ea potius transigantur, quæ à
Christianæ pietate videntur aborrere. Ideo huic malo Nos
occurrere, atque in debitum cultum huiusmodi dies iuxta
Ecclesiæ præceptū restituere volétes, præsentis decreti vi-
gore manualia, ac meccanica opera omnibus interdicimus,
vbiunque locorum exercenda sive domo, sive foris, sive
Ruri, sive alibi, sub pena à Sacris Canonibus indictis.

Quod vt debitis executioni demandetur tenore præse-
tium sub pena arbitrio nostra iacurrenta, præcipimus, &
mandamus omnibus, & singulis Archipresbyteris, Vicariis
foraneis, Rectoribus, eorumque coadiutoribus, festorum
Commissariis, & nostræ Curæ seruientibus, vt omnia festo-
rum obseruationi inuigilent, & contra violatores proce-
dant, seruata forma nostri editi, alias editi, quod innoua-
mus.

Quoniam vero & si Sacri Canones omnia opera seruilia
meccanicorumque labores prohibeant, aliqua tamen ad vitam
humana substantandam, publicasque necessitates leuan-
das pisdem diebus festis tollerantur, propria, ut quisque
sciat.

13

sciat quid sibi concessum, aut denegatum sit infra scripta adiicere visum est, quæ diebus festis permittuntur.

In locis solitis Vrbis, & Oppidorum minutatim vendere pro illius diei vsu panem, olera, & reliqua esculenta, & puculenta, post Missæ sacram, possunt molitores mole re, & cum animalibus farinam deferre pro publicis pisto ribus, quibus eum panem quoque permittimus, herbas metere pro animalibus alendis, & cum animalibus deferre, sicuti etiæ permittimus colligi, & deferrir frondes pro bonib cibus, quod etiam permittimus tempore Messis, & Vendemiarum, & Castanearum collectione. Aromatarij etiam lanij, Caupones res suas vendere possint. Ferramentarij equoru soleas ponere animalibus, & aptare possint. Fructus etiam tum animalibus, & niuem deferri concedimus, frumenta item ad publica vniuersitatim horrea cum animalibus deferantur.

Onera quæcunque super humeros asportare permittimus.

Quando festū occurrit die Sabbathi propter nundinas, cū animalibus onera quæcunque deferri permisū declaramus, excepto festo Sanctissimæ Assumptionis Beatissimæ Virginis. In alijs casibus nemini licet opera seruilia facere sub quocunque praetextu, sine licentia nostra, vel nostri Vicarij, quam licentiam nequaquam concedere possint Archipresbyteri, vel Vicarij foranei.

Petitioni huius fidelissimæ Ciuitatis, piorumque Virotum annuentes, præter dies festos indictos ab Ecclesia vniuersali, de præcepto volumus obseruari diem festum Sancti Francisci de Paula huius Ciuitatis, & Prouinciae Patro ni, quo dñe ab operibus seruilibus abstineri mandamus, Custodesque festorum contra transgressores ad poenæ executionem procedant.

Vt autem festi dies, qua debet custodia seruentur hoc Kalendarium subiici vi sum est.

	Lanario	Februario:
1	Circumcisio Domini nostri.	2 Purificatio B. Virginis.
6	Epiphania Domini.	24 Matthie Apostoli.

- Marij*
- 7 Thomæ de Aquino.
 - 19 Ioseph Sponsi B.Virg.
 - 25 Annuntiatio B.M. V.
- Aprilis*
- 2 Francisci de Paula Pro-
uinciae Protectoris.
 - 25 Marci Euangelistæ.
- Maij*
- 1 Philippi, & Iacobi Apost.
 - 3 Inuentio S.Crucis,
- Junij*
- 24 Natiuitas S. Ioannis Ba-
ptiste.
 - 29 Petri, & Pauli Apost.
- Julio*
- 25 Iacobi Maioris Apost.
- Augusto*
- 10 Laurentij Martiris.
 - 15 Assumptio B.Virginis.
 - 25 Bartholomœi Apost.
- Septembri*
- 8 Natiuitas B.Virginis.
 - 19 Ianuarij, & sociorum
Martyrum.
 - 21 Matthei Apostoli.
 - 29 Dedicatio S. Michaelis
Archangeli.
- Octobri*
- 4 S. Francisci Confessoris;
 - 28 Symonis, & Iudee Apost.
- Novembri*
- 1 Omnium Sanctorum.
 - 11 Martini Episcopi, &
Confess.
 - 20 Andreæ Apostoli.
- Decembri*
- 8 Conceptio B.Virg.
 - 21 Thomæ Apostoli.
 - 25 Natiuitas Domini nostri
Iesu Christi.
 - 26 Stephani Protomart.
 - 27 Ioannis Euangelistæ.

F E S T A M O B I L I A .

Dominicæ totius anni.
 Feria V.in Cœna Domini nostri usq; ad Missam expletam.
 Pascha Resurrectionis cum duobus sequentibus diebus.
 Ascensio Domini nostri Iesu Christi.
 Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.
 Festum Sanctissimi Corporis Christi.

Præterea dies festi Patronorum quarumcunque Eccle-
iarum Parochialium in ipsis locis.

Sanctorum Vrbicinæ, & Secundinæ, Sanctorum Eugenii,
& Siluani, quarum corpora in nostra Ecclesia Metropoli-
tana osseruantur, officium sub duplice recitari mandamus ab
omnibus in Sacris constitutis proprijs illarū diebus in Ec-
clesia vbi reliquæ adiunt.

De

De Archipresbiteris, seu Vicarijs foraneis, & Parochis.
Cap. IX.

VT Subditi nostri benè, & in Dei timore vivant, quantum in Domino possumus, prospicere cupientes, & ne delicta committant: Tenore præsentium mandamus omnibus, & singulis Archipresbiteris, & Vicarijs foraneis, vt statim ac notitiam habuerint de delicto aliquo a nostris subditis commesso, statim Nos in scriptis certiorare habeant de delicti qualitate, & contrarium non faciant sub pena daturorum decem.

Eandem penam incurtere volumus Parochos, qui ad Nos in scriptis non transmitunt notam cōcubiniorum, qui publicè in sua Parochia in concubinatu persistunt.

Mandantes etiam prædictis Parochis sub pena ducatorum decem, ut singulis sex mensibus in scriptis Nobis referant statum suorum Clericorum sux Parochiaz circa vitam, & mores, seruitum Ecclesiaz, frequentiam Sacramentorum, & studij, & si in prædictis mentientur, grauiter puniantur.

Indemnitate subditorum nostrorum præsipientes tenore præseatum distictè mandamus omnibus, ad quos spectat, vt in Tribunali nostro Pandecta solita, & antiqua observetur, in omnibus, & per omnia, quaz semper in Atrio dicti Tribunalis affixa existat, vt ab omnibus videri possit, & si aliquis contrauenerit, grauiter a Nobis punietur statim ac notitiam habebimus.

Archipresbiteri locorum si fuerint Cutati, vt precedant volumus Parochos ipsius baiulationis non vt Parochi, sed vt Archipresbiteri, saluis iuribus Ecclesiarum.

De Sacramentorum administratione.
Cap. X.

VT Sacros sancta Sacramentorum Mysteria, quæ decet reverentia, & venerazione tractentur, & Populus maiore, quæ potest deuotione suscipiat: Curabunt Parochi, & ceteri Sacerdotes quibus corum ministratio demandata est,

est, corum excellentiam, valorem, & vim communis lingua
crebro explicare, & in ipsis administrandis studeant vitam
castam, & religiosam ducere, & animum, & mentem ita ab
omni labe peccati alienam, ut diuina gratia adiuuante quocunq;
uis tempore munus sacrae administrationis ritè valeant exer-
cere, ijsque vtantur Ceremonijs, quibus Sancta Romana
Ecclesia vtitur, ac nos vti decet in novo Rituall nuper à
fel. Record. Paulo V. edito. Cum verò administrationem
aggreduintur, illud solum intendant agere, quod agunt, &
quod Christus Dominus instituit, & docuit Sancta Mater
Ecclesia,

Expellantur, cum administrantur, excommunicati, si qui
erunt præsentes, sintque ab omni auaritia suspitione alieni,
purique ab omni labe simoniaca, & propterea inter-
dicimus omnes eleemosynarum petitiones, ac rogationes,
sive signis, sive verbis fiant, cum sacra olea distribuun-
tur, quacunque consuetudine etiam immemorabili non
obstante.

In ipsis vero tractandis semper vtantur super pelliceo, &
stola, præterquam in casu necessitatis in sacramento Peni-
tentiarum, & quando inter Sacerdotes in Sacristia fiant confes-
siones breues, vulgo reconciliaciones.

De Baptismo.

Cap. XI.

SAcramentum Baptismi non alibi ministretur, quam in
Ecclesia, nisi aliqua imminens necessitas aliud suadeat;
quod cum acciderit, non prius volumus in priuatis domi-
bus administrari, quam à Nobis, vel Vicario nostro repen-
sata facultas obtineatur, si tamen tempus patietur. Nullo
autem modo tunc permittatur sacra olea adhibere, vel aliud
facere, nisi infantem aqua ablueret cum prolatione formæ.
Nomina quæ imponuntur, hortamur omnes, ut sint Sanctorum,
vel Sanctorum; aliaque quæ à vanis ostentationibus,
ac gentilitatem sapere videntur, omnino efficiantur.

Sacrum Chrisma à Laicis non tangatur. Lintheum etiam
quo caput baptizati abstergitur, nec sal exorcizatum, alijs
tradantur.

Ad

Ad officium Patrini non admittantur Monaci , nec qui
nesciunt rudimenta fidei; vel qui in proximo Paschate non
sunt prævia Confessione, sacra Communione refecti. Nec à
Patrinis aliquid eo tempore petatur. quas simul, & matrinis
ea, qua decet, modestia tale munus obire volumus, propte-
rea has quidem hortamur velatas accedere, illos vero aper-
to capite depositoque armorum ornatu adnotanda postmo-
dum dies in libro secundum rationem alias à nostris Prä-
decessoribus traditam, ac demum materna lingua declarare-
tur cognatio spiritualis contracta inter ipsos, & baptizatū,
& matrem, & Patrem ipsius.

Quoniam vero s̄pē contingit pueros Domi baptizari
sive ab obstetricie, sive ab alijs, Parochorum partes erūt di-
ligenter inquirere an hoc munus sit ab illis diligenter per-
actum, rectèq; administratum. Vnde inuestigabit quā nam
fuerit baptizantis intentio.

De Confirmatione. Cap. XII.

EA est nostrorum temporum conditio, vt hoc Confir-
mationis Sacramentum, vel omnino prætermittatur,
vel forte non cum eo Diuinæ gratiæ fructu, quo deberet,
vsurpetur; Oportebit igitur in posterum adueniente huius
Sacramenti administrandi tempore Parochos suis subdi-
cxis eius vim, & robur aperire, & quā maximè fieri potest,
parati ad illud accedant Christi gratiæ vim consequi ma-
reantur. Vnde Adultos à peccatis expiatos prius per Sacra-
mentum Confessionis, vel saltē contritos ad illud accede-
re oportet. Doceant præterea eandem contrahere cogni-
tionem spiritualem, cuius meminimus cum de Sacramento
Baptismi supra egimus. Acta vero in cniuslibet Confi-
rmatione in libro describantur, quod etiam in baptisme,
erit faciendum, iuxta alias tradita in libro animaduertendo-
rum à Curatis huius Diœcesis.

C

D

De Sacramento Penitentiae.
Cap. XIII.

PREstantissimum humanæ infecillitatis subsidium , ac
remedium est Sacramentum Penitentiaz , ac secunda
post peccati naufragium tabula : vt propterea omnibus vi-
tribus enitendum sit , ut ritè ab omnibus tractetur , ac insci-
piatur , quo maior inde animarū fructus habeatur . Ad illud
igitur administrandum accedat nemo , nisi tāto muneri fue-
rit à nobis idoneus iudicatus , sive secularis , sive Regularis
ille sit . Quibus vero per nos hac ratione licuerit , illud me-
minerint in ciuidem administratione seruandum , quod no-
uissime in novo Rituall à fel. record . Paulo V. præcipitur , ut
nimis ad audiendas confessiones non accedant , nisi su-
per pellicio , & stola induti . Sedes autem , sive Confessorialia
semper erunt in loco aperto collocata ; nec extra ea mulie-
res audiantur , nisi infirmæ in lecto iacentes , quo tempore
fores cubiculi apertæ permaneant , ut Confessorius , & infir-
ma ab alijs videantur . Non autem ante Solis ortum , nec
post occasum administretur , nec extra Ecclesiam , nisi ne-
cessitas , aut personarum ratio , aliaque rationabilis causa
aliud suadet . Qui fēcūs fēcerit pœnis arbitrio nostro re-
seruatis subdatur etiam ademptioni facultatis , si calus po-
nulabit .

Nullus præterea Confessiorum audeat tam à cassib⁹ , &
Censuris Sedi Apostolicæ , quam nobis reseruatis quemquā
absoluere , nisi fuerit illis spesialiter indulsum . Quare , ne in
hac re aliquis error irrepat , opere pretium est omnes ca-
sus , & Censuras huiusmodi in alto descriptos præ oculis ha-
bere , caueantque ne penitentias pecuniarias sibi , vel eorum
Ecclesijs attribuendas imponant . Sacrum præterea sigillum
ita custodire studeant , ut ne vel minimo quidem signo , nu-
tuque illud violare contingat . Memores gravissimè huius-
modi crimen à sacris Canonibus multari , quod etiam alijs
pœnis arbitrio nostro multabitur .

S.D.N.

19

S.D.N. GREGORII PAPAE XV. Contra Sollicitantes in Confessionibus

G R E G O R I V S P A P A X V.
Ad Perpetuam rem memoriam.

V NIVERSIS Domini gregis curam, quamque immemoritatem celesti dispositione gerentes, sedulo inuigilare, tenemur, ut ab omnibus prauis consuegis conseruetur immunis, multoque maiori studio prouidere, ut omnis peccatis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commisum, ne quod Euangelica scripta nos admonent, sale infatuato nos sit in quo laliatur, & ad nihilum proficit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcescat ab hominibus. Quoniam autem a Romanis Pontificibus predecessoribus nostris, quibusdam in locis prouisum fuit, ut impium, ac nefandum Icelus, quod non solum inter Christifeles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, Sacro sancto Penitentia Sacramento, sollicitando penitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, propane aspidem porrigit, & ex celesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor exercibilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi deferentur, quantum ex aucto conceditur, prouidenti. duximus. Alias siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. predecessor nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet, Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispaniæ. in Regnie Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Diocesisbus curam animarum habentes, sive eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confessionibus penitentium deputati in tuncam prouerberint iniquitatem, ut Sacramento Penitentie

C 2 centiæ

tentiae in actu audiendi confessiones abutantur , nec illi , & qui id instituit Domino Deo , & Saluatori nostro I E S V C H R I S T O iniuriam facere vereantur , maliætes vide-licet , penitentes ad actus inhonestos , dum earum audiunt confessiones alliciendo , & prouocando , seu allicere , & prouocare tentando , & procurando , ac loco earum per Sacra-mentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis gra-uatori peccatorum mole eas onerando , & in manibus Dia-boli tradendo , in Diuinæ Maiestatis offensam , & animarum perniciem ; Christifidelium scandalum non modicum . Nos in animum inducere nequeentes , quod qui de Fide Catho-lica recte sentiunt , Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur , aut illis iniuriam faciant , Fraternitati tuæ de cu-ius eximia pietate , virtute , atque doctrina plurimum in-Domino confidimus , per præsentes committimus , & man-damus , quatenus per te , vel per alium , seu alios à te deputa-dum , seu deputandos contra omnes , & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum , ac illarum Ciuitatum , & Diœcœsum de præmissis quomodolibet diffamatos , tamen seculares , quam quorumvis etiam exemptorum , ac Sedi Apostolice imme-diatae subiectorum Ordinum Regulares cuiuscunque di-gnitudinis , status , gradus , ordinis , conditionis , & præhemini-en-tia existant , tamen super præmissis , quam super Fide Catho-lica , & quid ea sentiant , diligenter inquiras , & iuxta facul-tatum tibi contra hæreticos , aut de hæresi quovis modo su-spectos à Sede Apostolica concessarum continentiam , & tenorem procedas , ac culpabilis repertos , iuxta excéssu suorum qualitates , prout iuris fuerit , punias , eas etiam , & pro ut de iure fuerit faciendum , debita præcedente degra-datione secularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo . Nō obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Aposto-licis , ac Ecclesiarum , & Monasteriorum , necnon ordinum quorumlibet , quorum ipsi Sacerdotes fuerint , etiam iura-mento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , statutis , & consuetudinibus , priuilegijs quoque indultis , & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus , & formis , ac cum quibusuis clausulis , & decretis , etiam mo-nitu proprio , aut alias quomodolibet concessis , etiè iteratis vi-cibus approbatis , & insouatis . Quibus omnibus earum teno-res præsentibus pro expressis habetes , hac vice duxisse spe-cialiter ,

cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs qui-
buscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Aprilis M.D.LXI. Pontificatus Nostri anno II.
Igitur ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, &
vbiique locorum inuiolabiliter obseruentur, motu proprio,
& ex certa scientia, ac matûra deliberatione nostra, ac de
consilio venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardina-
lium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum
præinfertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in-
eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium ap-
probamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis in-
uiolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, illasque
non solum in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in qui-
busvis Christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter
obseruari præcipimus. & mandamus, ac præterea, ne in fu-
turum de pena his delinquentibus impónenda, & de modo
contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statui-
mus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sa-
cerdotes, tam sacerulares, quam quorumuis, etiam quomo-
dolibet exemptorum, ac Sedi Apostolice immediate subie-
ctorum ordinum, institutorum, Societatum, & Congrega-
tionum Regularis cuiuscunque dignitatis, & præheminenc-
iæ, aut quoouis priuilegio muniti existant, qui personas,
quæcunque illa sint, ad inhonestâ, siue inter se, siue cum
alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis con-
fessionis, siue ante, vel post immediate, seu occasione, vel
prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione,
non sequuta, siue extra occasionem confessionis in Confes-
sionario, aut in loco quoconque, ubi confessiones Sacramen-
tales audiantur, seu ad cōfessionem audiendam electo, simul-
tantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare
tentauerint, aut cum eis illicitos, & dishonestos sermones,
siue tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis seue-
rissime, ut infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ
prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium
Regnorum, Provinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & lo-
corum vniuersitatum Orbis Christiani in suis quemque Diœcesi-
bus, & Territorijs, per has nostras literas etiam priuatius,
quo ad omnes alios specialiter, ac perpetuò Iudices dele-
gamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim in
omni-

omnibus, prout in causis fidei, iuxta Sacraum Canonum formam, necon Officij Inquisitionis huiusmodi constitutions, priuilegia, consuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarioris excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminaum qualitate, & circumstantijs, suspeci ab exequitione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuar, & passiuar, si Regulares fuerint, exilio, damnationis ad extremes, & carceres etiam in perpetuum abique via spe gratiar, aliasque penas decernant, eo quoque si pro delicti enormitate graviores penas meruerint, debita præcedente degradatione Curia seculari puniendos tradant. Dantes etiam facultates Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tamforme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum impunitum, cum difficultas sit probationis, testibus, etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, inditijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curia seculari, ut præfertur resum tradendum esse pronunciandi. Non obstat omnibus, quæ dictus prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstat, ceterisque contrarijs quibuscumque. Mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, ut supra solli. itatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis, quod si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra idem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos proximo culpaz punire non negligant. Volumus autem, ut præsentium trahimptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique habeatur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eisdem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilarum S.Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flore affixæ omnes ita arcent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

23

emissa: Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem fuit
Annulo Piscatoris, die 30. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus
Nostri Anno Secundo.

S. Card. S. Susanna.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcen-
tesimo vigesimo secundo Indictione 5. die vero prima men-
sis Septemb. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris D. N.
GREGORII Divina Providentia Papa XV. anno eius II.
retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valueas
Basilicarum S. Ioannis Lateraneñ. Principis Apostolorum
de Urbe, & in acie Campi Flora, ut moris est, per me Bran-
dimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Obianus Spada Mag. Curs.

De Sanctissimo Eucaristia Sacramento.
Cap. XIV.

SANCTISSIMUM EUCARISTIA SACRAMENTUM pignus æternæ
felicitatis ac charitatis, & gratiæ Symbolum decet omni
animi pietate, & religione tractare. Propteræa locus in quo
affluatur sit præcipuus in Ecclesia. Tabernaculum ligneū
deauratum, & serico velo contextum intus bene firmum, &
rurum, summiique elegantiæ ornatum. Ipsum vero Vas San-
ctissimum Eucaristiaæ corpus continens sit argenteum intus
deauratum. Porro Parochus, cuius est munus diuinum huc
thesaurum custodire, sacram hanc domunculam ita tam,
& clausam esse curabit, ut nulli facile pateat; claves quas
apud se perpetuè retinebit, nec ulli unquam comitentur,
nisi alia virgines necessitas suadebit, & tunc non cuilibet,
sed probata vita sacerdoti. Qui vero in hoc peccauerint,
ac

Ac desides fuerint trium mensium suspensohem incurvant, maiori à nobis pena pro nostro arbitrio multandi.

Hostiae vero, quæ conseruande erunt omnino sint recentes, nec ante octo dies confectæ, sint forma orbiculata, & nō aliter, congrue magnitudinis non contractæ, seu aliqua macula notatæ.

In die Parasceue in Sacristia deceti loco, custodiatur perpetuo accensa ante ipsum præludente lampade. Tabernaculi vero Ostiolum apertum, vt omniaibus pateat,

De ratione ministrandi:

Cap. XV.

Cum omnibus utriusque sexus Christifidelibus ab Ecclesia sit iniunctum in Paschate Sanctissimæ Eucharistie Sacramentum & ad annos discretionis peruerenter, sumi: Monebit Parochus Populum de huiusmodi præcepto, & vt illi communicando parcat, hortabitur, quos vero in hac re desides, & inobedientes depræhenderit post dies quindecim ad Superiores deferant rationes, causasque moræ, si quis habet, & extra Sacramentum confessionis cognoverit, indicabit.

Administraturus vero hoc Sacramentum oves suas prius cognoscat, vt sic pabulum ministret, minime vero alijs, qui alienæ sunt Parochiæ, quas ad proprium Parochum communicandas dimittet; nisi aliter nobis ex rationabili causa visum fuerit, vel Vicario nostro, cum obligatione tamen præsentandi schedulam suæ cœmunionis proprio Parocco intra 15. dies; quod si secus factum fuerit taliter communicati pro non communicatis habeantur, nisi maiorem partem anni, vel ad minus sex menses in Parochia, in qua Sanctissimæ Eucharistie Sacramentum sumpserint, habitauerint, vel ibi commorentur, aut domicilium trahant, vel facultatem, à suo Episcopo, vel Parocco exhibuerint ostensuri quoties opus fuerit. Aduenæ quoque, & Peregrini quorum nomina ad nos cum fuerint requisiti deferant, & etiam qui paucis ante diebus sacra Communione fuerint refecti, hoc præcepto astringi sciant, etiam si sint infirmi; & in ea administranda pixide, non autem patena vtantur, maxime

25

ximē cum communierendi, nisi necessitas aliud suscedat, non erunt pauci, ut supra sex.

Cum autem erit deferendum ad infirmos pro sacro Viatico, omni qua decet reverentia, & comitatu. Nam à Sacerdote sub umbella gestetur praecedentibus facibus, ac tanten-nis nec extinctis Cereis absque lumine procedatur; ac de- minus præcedente tintinnabulo, quo omnes ad illud venie- randum excitentur. Minime tamen deferendum erit infirmo, vt illud cum sumere non valet adoret, vel osculetur ex Pij V. Pont. Max. decreto. Illud etiam animaduertendum, si nulla superficie particula conserata, quia nimis omnes consumpta fuerint in communione plurimorum infirmorum, in reditu debere Parochum sine villa pompa redire, deposito sacro amictu, ac cereis extinctis, ipsum vero va- sculum apertum clam deferat.

In processione vero in die Sanctissimi Sacramenti illud Parochus curabit ut viæ qua transversum erit omnino sat- munda, & ornata, prout tanti diei celebritatem decet; nul- las parietes Parochus exponi auleas, picturas, & imagines, nisi quæ ad pietatem, & religionem excitandam videba- tur aptæ.

De sacra Missarum celebratione:

Cap. LV.

SAcramentum, ac in cruentum Missæ sacrificium, quod quotidie Omnipotenti Deo offerimus, ea erit reveren- tia & pietate peragendum, qua tanti sacrificij dignitate con- gruit. Statuimus præterea ut in ipsa Sancti sacrificij cele- bratione omnino arceantur omnes imporenzi pauperum commendationes, peregrinorum, aliarumque familiis per- sonarum, eleemosynarumque petitiones, quibus tam cole- brant, tam audientium animi à debita attentione revo- catur. Illud etiam monemas, quod à Sacr. Congregatione nu- per sanctitatem est, vt nulla ratione cuilibet liceat Sacerdoti pro celebrandis Missis eleemosynas accipere, nisi prius mu- neribus, quibus tenentur, satisfactis, vel eleemosynæ pro Missis oblatæ parte sibi retéta, reliquam alteri tradere, cum onere eiusdem Missæ celebrandæ, quod ita volumus debite

D execu-

executioni mandari, ut transgressores alijs etiam penitentiis at
bitrio nostro infligendis sint obnoxij.

Probent autem seipsoſ Sacerdotes, cum ad hæc diuina
Mysteria tractare accedunt conscientia prius excussa, & per
Sacramentalē confessionem purgata, nihilque vnum omittant
quo ad tantum munus ritè peragendum poterunt:
operto autem capite nullatenus licebit diuina tractare, niſi
vrgente necessitate, potestate à nobis facta, nec cum annulo,
& qui aliqua facultate vti possunt, niſi dignitas suffragetur.

Qui nuper vero initiati erunt, non prius ad celebrandum
admitcantur, quād à Magistro Ceremoniarum idonei, &
sanis ritibus sufficienter instructi, fuerint habiti.

In Oratorijs autem priuatis Missæ sacrificium non pera-
gatur, niſi vbi à Sancta Sede Apostolica fuerit indultum.

Qui cum certo Altari ex obligatione Missæ debetur no-
uerit alibi celebrare non posse, niſi in casib⁹ à iure permis-
sus, qui cum opus fuerit à nobis declarabuntur; Munus in-
super erit Sacrista librum consicere, in quo omnium nomi-
na describantur, notato prius die, & anno, qui celebribunt.
in singulos annos, vel cum opus fuerit renouandum, vt de
facili cognosci possit quis suo munere satisfecerit, ibidem
notato loco, & causa suæ celebrationis, qui fideliter custo-
diatur.

Ad sacrificandum vero, nemo accedat, niſi à Sacrista vo-
catus, cuius munus erit Sacerdotes celebraturos vocare,
alioquin non faciāt fructus suos; Non licebit autem voca-
re, niſi vnum, aut alterum, qui primus succedat, quæ ratio in
cæteris erit seruanda, qui sunt sacrificaturi, vt prædictum
singuli, vel bini subinde vocentur. Hac autem legē nullo
modo teneri volumus Officiales Ecclesiasticæ, quibus, vt
suo muneri satisfaciant licebit tunc missare, cum illis magis
commodum, & oportunum videbitur; Indulgemus etiam
senibus supra sexaginta annos, aut infirmis, vt quādo libue-
rit, sine hac lege possint sacra peragere.

De

De Sacramento Extrema Unctionis.

Cap. XVII.

CVM constet hoc Sacramentum extre^me Unctionis à Domino institutum, tanquam firmissimum præsidium aduersus humani generis hostem, qui cum semper, tum extre^mo vite nostræ tempore, sciens quod modicum tempus habet maximè insidiatur, curabit Parochus cum ad ungendum vocabitur, illud sancte, & ritè administrare, & egrotum disponere, vt ea qua decet fide, & pietate sacram illâ vntionem suscipiat, cum per illa Diuina conferatur gratia peccatorum reliquias deleantur, & demum ad Diuinæ misericordiæ fiduciam erigatur animus, contraque Diaboli insidias ad supremam luctam armatur, & roboratur. Quare oportunius videtur conferendum, cum licet infirmi sit desperata salus, sensibus tamen integris, mens, & ratio vigeat. Præterea sicut in cæteris sic in hoc Sacramento oratione morem illum corrigendum putamus, quo pro Sacramenti administratione aliquid præstat, siue sit petitum, seu sponte datum, aut aliter confertum.

De Matrimonio.

Cap. XVIII.

SANCTE, & religiosè tractandum videtur matrimonij Sacramentum; cum ad propagandam prolem à Deo fuerit institutum, & Christi Domini præsentia, & honestatum, & ab eodem est Sacramentum nouæ legis institutum Parochus præterea quolibet anno commodius fieri poterit Sac. Conc. Trident. decretum populo notum facere, quo anathematis pena feriuntur, qui directe, vel indirecte subditos suos, vel quosque alios cogunt, quo minus liberè matrimonia contrahant; Monebitque vt sponsi antequam ad celebrationem Matrimonij deueniant, se confessione expient, & sacro Eucharistiæ pabulo reficiant, quo vberior ex hoc Sacramento gratia conferatur. Docebit præterea omnino separari debere, qui intra gradus prohibitos matrimoniū contrixerint, & omni spe dispensationis consequade^r carere.

carere, si quod p[ro]p[ter]e d[icitur], consummari.

Nec debere ministrari pueris ante annos pubertatis, nec ijs, qui fidei rudimenta nesciunt, videlicet Pater noster, Ave Maria, & Credo. Non sunt ferendi, qui ad res matrimoniales impediendas varijs artibus utuntur, nunc ementiti gradibus, nunc maleficijs impugnando, & insuper maleficium maleficio expurgando. Quapropter huic malo occursere volentes, excommunicationis penam imponimus in eos, qui talia agere. Neque omnibus, haec Censura innoverat, poterit Parochus, cum tempus oportum apparuerit populo denunciare, in quo eo ipso volumus peccantes incutere, nebis dumtaxat referuata absolutione, nisi in periculo mortis.

Denunciationes, que seruata forma Conc. Tridentinæ in Ecclesia Parochiali erunt proclamandæ, nullatenus hant eorum, qui ad annos pubertatis non pertinuerint, expieuerintque similiter, & eorum, qui rudimenta fidei ignorant, vt de Matrimonio dictum est, facta Communione in Paschate non sacerdoti reflecti. Quod si contingenter aliquod impedimentum detegi, etiam si ab uno tantum posponatur, Parochus, confessabit, nos consulendo, quid in talibus eccl. facturus. Quæ se- ro supra bimestre factæ fuerint ad celebrationem matrimonij non sufficiant, nisi denudæ s[an]cti.

Cum vero ex aliqua iusta causa, ad præscriptum Sac. Cōcil. Trid. per nos fuerit mandatum non hant. Volumus autem anteaquam copulentur coniuges proponere debere, vt si aliquid impedimentum adhuc sciatur, facultatem veto a nobis concessam, Parochus diligenter conseruabit, & in missariorum libro, in quo omnia diligentiter annotabit, iuxta hanc alias à prædecessoribus nostris traditā; quod si tecum fuerit factum est, librarium certe alibi in peccatum incutasse, & etiam maiorem si castus postulabit. Sed si coniuges sint diversarum Parochiarum, in ambabus Parochijs denunciations hant.

Item si diuersarum Diœcesium, praeter Parochi illius loci residentium etiam approbatio sui Episcopi accedat, vel Vicarij à Vicario nostro prius cognita, & approbata, & eo mandante ad celebrationem deueniant.

Egyptiorum vero, vel Zingarorum, vt vulgus nominat, non hant nisi de mandato nostro, vt prius omnes eiusdem ordinis.

ordinis homines in Ecclesia conuenire faciat ad denuncia-
tiones audiendas, cum eorum conditio ab alijs scire non
posse.

*De Ordine.
Cap. XIX.*

Minoribus Ordinibus, vel sacris à nobis iniciandos, an-
tequam ordinatio habeatur, proposito zedicio, nobis,
vel cui nobis videbitur, se præsentent, ut quid intèdant de-
clarent, Parochis in mandatis idemus, vt in se Missarum,
solemnis locuta nomina, & cognomina, etrumque pium
desiderium populo denuncient, & diligenter de eorum a-
tate, vita, moribus, & alijs à Sacr. Can. & const. A postolicis
requisiens à fide dignis se informere, etiam si prima tonsura,
vel minoribus ordinibus erunt iniciandi, seruata forma
rescripti nouissime editi à Sac. Congregatione, simulque de
eorum facultatibus, & cum prima facultas eis fuerit cum
litteris testimonialibus ad præsentiam nostram tc confe-
rant, vt ipsas visis, & consideratis requista necessaria habere
compertrum fuerit, & per examen idoneos ad petitos Ord-
ines suscipiendos possint admitti. Alienarum vero Diœce-
suum cum litteris Ordinarij sui non ente duos, vel tres men-
ses ad summum confessis vita, morum, doctrina, & ordinis
continentibus non admittantur.

Illud etiam monitos volumus, qui ad sacros promoueri
ordines intendunt irregulartatem incurrire, si ante debiti-
tum aetatem, vel falsis litteris, vel menito titulo, aut etiam
extra tempora à Iure statuta ordineantur, quam solus Rom.
Pont. si tale Ordinum exereantur dispensare possit.

Experiencia denique docet vix ad vitæ subtenetionem
ducatos triginta sufficere, præfertim horum temporum
qualitate pensata, statuimus igitur, ut qui ad subdiaconatus
ordinem sunt promovendi non admittantur, nisi dictam
summam ducatorum 30. habuerint, sive ex beneficio, sive
ex pensione, sive ex vtroque, quod etiam si defecerint, per
patrimonium poterint suppleri, nisi ordine circumstantijs
personarum pensatis, aut locorum, summam minuere vi-
deatur, que ducatorum extra ciuitatem minor non sit.

Quo-

Quoniam vero s^epe s^epius accidit, vt simulatis, vel parentum, vel amicorum, aliorumv^e personarum donationibus, & contractibus eorum patrimonium, conetur promouendi ostendere; Statuimus, vt locorum Vicarij, Archipre^lbyteri, alijque ad quos litteræ nostræ pro eorum conditio- ne indaganda fuerint directæ, vt diligenter explorent veræ, an falsæ huiusmodi donationes sint, & cum suis litteris testimonialibus, & magistratus loci fide autentica in ipsarū calce ad nos transferantur, quæ omnia gratis siant cum omni onere, siue æris alieni grauamire, quæ supradictam sum- mām 30. ducatorum in aliquo possint grauari.

In quibus omnibus si in aliquo malitiosè defecerint pre- ter alias à Iure inflictas, excommunicationis poenam volu- mus incurrere, nobis dumtaxat reseruatam tam fabricātes, quam qui in eis consilium, vel fauorem dederint.

Redditus denique prædictos pro patrimonio, & titulo constitutos prohibemus nullatenus posse relaxari, donari, resignari, vel alienari, permutari, vel pignori dari, cedi, vel teuendi, etiam ipsis donatoribus rem donare, vel rem con- cedi, pena vinciarum 25. apposita, quam ex nunc pia domui Refugij applicamus, ac cōtractuum inualiditatis, quos nul- los, inualidos, nulliusque efficaciaz, vel valoris declaramus.

De Monialibus

Cap. XX.

Quoniam vbi maius periculum imminet, diligentius incumbendum est. Moniales, quæ spretis Mundi ille- cebris, conculcatis etiā parentibus Deo Opt. Max. famulaneur speciali charitate persequentes quantum in Domino possumus ab omni mundano tumultu, & incursu vendicare, pacem, & concordiam inter ipsas custodire, & iter quo gradiuntur à patre Mendacij omnino præcludere, quod vero ad Deum conductit expedire, & ab impedimen- tis tutum reddere. Quare quæ olim à Sac. Canonum Const. Apost. sacrisque Conc. Trid. decretis, ac demum ordinatio- nibus Sacr. Congr. super negotijs Regular. factis, & Ante- cessoribus nostris, rebusque consequenter communicatis omnipò volumus obseruari in ijs, in quibus fuerint con- cessæ

cessæ, nec aliquid immutari, imò si quid contra factum fuerit in integrum restituï, ac ad pristinam earum formam reduci volumus, & redacta declaramus, similiter, & quæ affercta fuere in prima Synodo Provinciali quo ad personas, quæ septa Monasterij, ut proprijs fungantur muneribus facultate à nobis, vel à Vicario ad id deputato obtenta erūt ingressuri, quam nolumus eis suffragari ante, vel post Solis ortum, vel occasum, & forma in eis præscripta non seruata. Et quæ circa personas, quæ ad colloquendum cum eis sunt Patres, Matres, fratres, sorores, & nepotes, intra tamen annos pubertatis cæteris omnibus alijs exclusis pena excommunicationis latæ sententia apposta in contrafacientes, quam denud innovamus, absque licentia in scriptis à nobis obtainenda, vel à quibus Monialium cura, vel mulierum collegialiter viuentium fuerit demandata, quæ semper erit ante Solis occasum, nec tempore quo Sacrosancte Missæ celebratur, vel quando sacra Communione fuerint refectæ, & à colloquutorijs ordinarijs, & si aliter contingerit obtineri, subreptitas declaramus.

De Vsuris. Cap. XXI.

Vsuræ crimen Deo, & naturæ iniurium in Diceceſi nostra pullulare maximè dolemus, illudque quantum cum Deo possumus coercere fatagentes contra usurarios, & alios, qui illicitos contractus ineunt, Notarios etiam, qui de contractibus talibus rogantur sententiam excommunicationis proferimus ipso iure incurram, siue usura sit extensis, siue palliata.

Vt autem contractus usurarij liqueant, nec detur tergiversationi locus, infra scriptos contractus usurarios, & illicitos declaramus.

Ex pecunia mutuata aliquid ultra sortē accipere, quamvis pecuniae sint pupillarum, vel Viduarum, siue loci pri, seu pauperum personarum non habentium aliud, vnde vivant.

Sericum, triticum, vinum, oleum, aut aliud simile ante tempus minoris emere ob anticipatam solutionem, quam colle-

collecta sine valitura, & generaliter rem vendere plus iusto
pretio ob dilatam solutionem, vel utileius emere ob solu-
tione anticipatam.

De usuris in societate animalium extat constitutio fel.
Record. Sixti Pap. V. 45. in ordine nouissimi Bullarij, quæ
incipit *Dereffabilis.*

De usuris vero circa cambia extat constitutio fel. record.
Pij V. quæ est 118. & incipit *In eam..*

De Censuris.

Cap. XXII.

SAcrorum Canonum vestigijs inherentes litteras, sive
nomine, seu alterius nomine facto, vel supposito, vnicar-
luminiosas, & improbas, malique exempli improbatas, &
detestabiles, atque ideo scelus hoc in Decretis nostra frequen-
tissimum, & ex quo intumera mala nascuntur abolerere quæ-
rum cum Deo possumus cupientes, districte praescrip-
tione quis ecclesiasticus, vel secularis, etiam sub zeli, & chari-
tatis specie, seu alio quoquis praetextu, vel colore litteras,
aliasq; scripturas, sive proprijs nominis specificatione scri-
bere, seu dictare, vel scriptas, aut dictatas mittere, seu publi-
care praesumat, sub pena quoad laicos excommunicationis
ipso iure, cuius abolitionem nobis meti pessim reseruamus,
quo vero ad ecclesiasticas personas, præter eamdem excom-
municationis sententiam, penam etiam suspensionis a Di-
uinis, & falsi eo ipso incurant.

Alloquentes cum Monialibus etiam de rebus sacerdotiis, sive
nostra, seu Vicarij nostri licentia sine ipso fore excommunicati.
Alloquentes vero, vel litteras mittentes etiam de re-
bus turpibus, præter eamdem excommunicationis penam
incapaces reddantur per decennium ad obtinendam in fu-
turum licentiam alloquendi cum Monialibus etiam consan-
guineis in primo gradu.

Homicidium appensatae committentes, sed committi mani-
dantes, auxiliantes, vel confidentes sint ipso iure excommunicati.

Item deponentes falsum in iudicio tam criminali, quam
civili, aut scripturas falsificantes etiam contra Escam, seu
testibus, aut scriptis falso videntes.

Indices

• Iudices etia, & orum Magistri, Notarij, aut Scribe tam Ecclesiastici, quam saeculares dictantes, seu scribentes aliter quam rei, vel testes deponunt in substantia, sunt ipso iure excommunicati.

Confessarij rem turpem habentes cum his, quorum confessiones quandoque audierunt, à facultate confessoris censantur ipso iure suspensi.

Qui legitimo impedimento cessante, legata pia intrà tempus à testatore statutum non soluerunt, & Notarij, qui legata nobis non revelarunt intrà mensum à die obitus testatoris, & publicati testamenti, sunt ipso iure excommunicati.

Quas censuras quater factae in anno, videlicet prima die Dominicā Ianuarij, Aprilis, Julij, & Octobris inter Missarum sollemnia populo publicari precipimus, sub poena Parochis decem ducatorum locis pliis applicandorum pro prima vice, pro alijs vero arbitrio nostro infligenda contumaciae qualitate pensata.

Reliquas vero censuras in Sacris Canonibus, vel Pontificum constitutionibus non comprehensas, ab antecessoribus nostris inflictas cassamus.

Causa referenti.

Causa XXIII.

- 1 Blasphemia in Deum, & Beatissimam Virginem.
- 2 Incestus in primo, & secundo consanguinitatis gradu, ex legitimis nuptijs provenientes, ita ut masculos tam afficiat.
- 3 Peccatum cum Brutis, item & sodomiticum à puberibus cum masculo, vel femina _____:s commissum.
- 4 Stuprum cum Virgine per vim, aut sub promissione de ea in vxorem ducenda, vel dotanda, quo usque promissio non satisfaciat.
- 5 Concubinatus viri duos menses.
- 6 Verberantes Patrem, siue Matrem.
- 7 Incendiarij, & arborum fructiferaarum incisores contrà Domini voluntatem.
- 8 Qui

- 8 Qui decimas Parocho , vel debita locis pijs non soluerunt, vel scripturas, aliaque documenta ad Ecclesias, locaque pia spectantia penes se derinent.
- 9 Parochi, qui concubinarios proprias Parochie solum tempore Paschali non reuelant.
- 10 Falsa referentes superiori, seu inter amicos, & discordanterum causam excitantes.

Cum autem casum referuatio ad edificationem, non ad destructionem tendat, eo vi que progrederi non debet, ut penitentes a Parochiis absolutionem obtinere disparantes omnino, confiteri negligant, aut confessionem longius protrahant, quare cum abesse a Diecepsi pro seruitio Sacrae Venerabilis Inquisitionis teneamus, facultatem absoluendi a primo, secundo, tertio, & quarto concedimus infra scriptis.

In Civitate.

D. Antonius Quattrimano Decano.

D. Iosepho Russo Canonico.

D. Mutio Pelusio Theologo.

Reu. Priori Sancti Dominici, quando est Magister in Theologia.

Reu. Guardiano S. Francisci Minoris obseruantiarum, quando est Theologus.

Reu. Patri Rectori Societatis Iesu.

Reu. Patri Rectori Clericorum Regularium.

Alijsque in Civitate, vel Diecepsi, arbitrio nostro, seu Vicarij nostri pro tempore existentis.

Officiales presentis Synodi.

Cap. XXIII.

- | | |
|------------------------|--------------------------------|
| P Romotor fiscalis | D. Franciscus Tanus Canonicus. |
| Secretarius | D. Joseph Russus Canonicus. |
| Notarius | Abb. Annibal Nasca. |
| Magister Ceremoniarum. | Antonius Cappa. |

T'600-

35

*Theologi, & Iuris periti cum vote consule
tantum.*

- Antonius Quadrimanus Decanus.
A Magister Hieronymus ab Alto Monte Prior Sancti
Dominici.
Pater Antonius de Murano Custos Minorum Observan-
tiae.
Pater Franciscus Spinellus Ordinis Cappuccinorum.
Pater Bernardinus Caualcante Societatis Iesu,
Pater Ambrosius Tripaldi Clericus Regularis.
Flavius Cozzolinus
Hieronymus Quadrimanus
Pompeus Sanblasius
Flaminius Garofalus
Angelus de Matera
Iohannes Bombinus
- } V.I.D

Eruditiones Synodales.

- D. Antonius Quadrimanus Decanus.
D. Fulius Siralis Archidiaconus.
D. Iohannes Leonardus Beninuentre Cantor.
D. Joseph Russus.
D. Franciscus Thanus.
D. Petrus Vincentius de Aragona.
D. Achilles de Noete.
D. Timotheus Valenti.
- } Canonici.
- D. Claudio Caualcante
D. Hyacinthus de Piro.
C. Ioh. Antonius Thanus
D. Caesar Gargani
D. Robertus Cannatarius
D. Marsilius de Moyo
D. Ioh. Hieronymus Quadrimanus
D. Donatus Cofehus
D. Petrus Belmon
- } Sacerdotes.
- E 2 D.Si

D. Simeon Salinus.

D. Emmanuel Pelusius Ordinis Cisterciensis Abb. S. Ioannis de Flore.

Pater Franciscus Spinellus Ordinis Cappuccinorum.

Pater Anelius Framasius Rector Collegij Societatis Iesu.

Qui omnes præstiterunt iuramentum in manibus eiusdem

Huius Terræ Domini Archiepiscopi.

Deinde fuit lectum Decretum S. Conc. Trid. sess. 24. cap. 28.

& sess. 25. cap. 10 de reformatione Pro quorum executione

fuerunt electi

Iudices Synodales.

D. Antonius Quadrimanus Decanus.

D. Fulvius Sirialis Archidiaconus.

D. Io. Leonardus Benuentre Cantor.

D. Io. Dominicus Belmonte Canonicus.

Qui omnes præstiterunt iuramentum.

Demum fuerunt electi infra scripti testes

Synodales.

In Civitate Consentia

D. Leonardus Benuentre Cantor.

D. Hieronymus Auerius.

D. Io. Seuerinus Canonicus.

D. Achilles de Noë Canonicus.

D. Hyacinthus Tabularius.

In Civitate Montalvi,

D. Franciscus Geruafius Cantor.

In Civitate Paulæ, alijsque partibus maritimis

D. Simeon Salinus.

In Terra Laci

D. Hieronymus de Mala.

*In Terra Rendarum, Domanici Caruleorum,
& Mendicini.*

D. Robertus Cannasarus.

*In Baiulatione Grimaldi, Atilis,
Belsiti, & Malisi.*

D. Joannes Mangustus.

In Terra Carpansani.

D. Philippus Mantuanus.

In Terra Roblani, & Mangoni.

D. Marcellus Sicilius.

In Baiulatione Paterni, & Depiniani.

D. Fulvius Bombinus.

In Baiulatione Filleni, Apriliani, & Domanici.

D. Io. Bernardinus de Aragona.

In Baiulatione Petrafictæ.

D. Decius Gliuerius.

*In Baiulatione Pedaci, Spezzani Magni,
& Spezzani parui.*

D. Albinius Cannata.

In Baiulatione Cœlici, & Roberti.

D. Saluator Arnonus.

In Baiulatione Castilionis, Corno, & Zumpano.

D. Lutius de Arangia.

In Terra Sancti Ioannis de Flore.

D. Francisculus de Pirro.

Quibus habitis in eadem Ecclesia Metropolitana, Consentina, idem Illustriss. & Reuerendiss. Dominus Antonius Rieciullus Archiepiscopus pro Congregatione habenda folium Archiepiscopale conicendit.

E re-

E regione ipsius illustris Domini sedit in pedili Admodū Illustris, & Reuerendiss: Dominus Antonius Quadrimanus I.V.D. Vicarius Generalis Consolatus, ante quem erat tabula panno serico cooperta, affilientibus sibi predictis Iudicibus Synodalibus, Promotore fisci, & Notario, cum Secretario Synodi.

In sciamis vero circūcirca asside bant Consultores Theologici, & Iurisperiti.

In qua Congregatione fuerunt propositæ plurimæ causæ ad Synodum pertinentes, & à supradictis maturè discussæ, & fuit tandem conclusum, prout in supradictis decretis latius continetur. Quæ decretæ omnia alta, & intelligibili voce fuerunt per eundem Secretarium lecta, & publicatae de verbo ad verbum.

Et interrogata Synodo, omnes responderunt. Placet.

Quibus omnibus peractis, Illustris Dominus Archiepiscopus benedictionem solemniter dedit, & sic fuit dimissa Synodus.

F I N I S.

Imprimatur.

Alexander Russus Canon. Vic. Gen.

V.A.I.
152826

162
g
PP